



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

XXXVI. Das Capitel zu Stendal erweist gegen den Bischof von Halberstadt seine in Abrede gestellte Immunität, am 28. August 1266.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

XXXVI. Das Capitel zu Stendal erweist gegen den Bischof von Halberstadt seine in Abrede gestellte Immunität, am 28. August 1266.

Magister theodericus et magister iohannes de neindorp, Rodolfus de erpiz et Bartoldus, canonici sancti Sebastiani in magdeburch, omnibus presentem litteram inspecturis salutem in salutis auctore. Cum inter venerabilem patrem dominum Wradum halberstadensem episcopum ex una, et Decanum ac capitulum stendaliensis ecclesie ex parte altera, super exemptione, qua dicta ecclesia exempta est, questio uerteretur, tandem de communi partium uoluntate processit, ut dicto domino episcopo uel aliis ab eo deputatis exemptionis priuilegium, quo dicti Decanus et capitulum gaudent, exhiberetur in domo fratrum predicatorum in magdeburch inspiciendum, die uero ad hec constituta, domino hermanno de cruceburch scolastico et domino Bertoldo de clettenberge canonicis halberstadenfibus et magistro iohanne pro parte dicti episcopi ad hec deputatis, placuit ut inspectio, que per eos fieri deberet in domo fratrum predicatorum fieret in ecclesia nostra propter festum beati augustini, quod tunc apud dictos fratres sollempniter agebatur, quod pars decani et capituli stendaliensis ecclesie acceptauit. Nos uero ad petitionem dictorum decani et capituli vna cum predictis honorabilibus uiris hermanno scolastico, B. de clettenberch scilicet et magistro iohanne priuilegium, quo ecclesia stendaliensis exempta est, inspeccimus et diligenti examinatione premissa inuenimus ipsum in prima figura, non cancellatum, non abolatum nec aliqua parte sui uiciatum bulla, filo, stilo — et carta integrum per omnia et perfectum. In cuius facti testimonium presentes litteras sigillis nostris duximus roborandas. Sane ne de dicti priuilegii tenore in posterum valeat dubitari, nec iterato dicti decanus et capitulum sub aliquo periculo ipsum exhibere cogantur, ad supplicationem ipsorum dictum priuilegium de uerbo ad uerbum referibi fecimus et inuenimus in hec uerba. (Hier folgt die oben unter Nr. II. mitgetheilte Bulle des Papstes Clemens vom 29. Mai 1188.) Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. LXVI^o. V^o. kalend. septembris in ecclesia beati sebastiani in magdeburch, Missis presentibus domino bartoldo decquene et magistro herberto canonicis sancti sebastiani, domino herico de gaterfleue, domino arnoldo cornice et domino ludolfo canonicis sancti nicolai, et domino Th. de ponte uicario eiusdem ecclesie, sub priore fratre Friderico de oluenfede ordinis predicatorum magistro Willekino de brandenburch et aliis quam pluribus probis uiris.

XXXVII. Die Markgrafen Johann, Otto und Konrad incorporiren die Kirche zu Neuendorf der Kellerei des Domcapitels, am 6. Dezbr. 1270.

In nomine domini amen. Johannes, Otto et Conradus, dei gracia Brandeborgenses Marchiones — in honorem dei omnipotentis et gloriosissime virginis Marie, Beati Nicholai et sancti Bartolomei jus patronatus Ecclesie in Niendorf ipsi stendalensi Ecclesie donauimus perpetuo possidendum Ita, ut dicta Ecclesia in Niendorf Cellerarie dicte stendalensis Ecclesie apponatur, ut is, qui pro tempore officio predicto in eadem presuerit Ecclesia, ipsi Ecclesie et personis inibi deo deseruientibus perfectius et commodius valeat deseruire et ob hoc anniuersarius patris et matris nostre necnon nostri vxorumque nostrarum in eadem Ecclesia, cum diuina iubente clementia ab hac uita discesserimus, debeat perhenniter obseruari. Et ut hec nostra laudabilis donatio perpetuo et inuolabiliter obseruetur, presen-